

(Valde vero vrgente dolore, tantundem seminis  
hyoscyami albi addi potest) decoq in aqua, sub finem  
tantillum aceti affundatur. Addi etiam potest camphora  
3. fl. Hoc decocto caput cum linteo eidem im-  
merso fouendum est, & caput oleo conuenienti  
inungendum.

Ad dolores lateris in initio, Hippocrate docen-  
te, fokus applicari potest ex anodynisi, ut:

**F.** Malua, violar. althea, an. m. j.

sem. lini. 3. j.

flor. chamom. meliloti an. m. fl.

qua & omnia sacculo induntur, in aq. decoquuntur,  
quo fokus latus bis aut ter in die foueatur.

Quod si verno hyberno fuerit tempore, vel frigi-  
diore aere, tutus erit fomentorum usus, si vesicae  
suillæ indatur.

Ad ventriculum frigidorem & infirmiorem:

**F.** Squinanthi, cyperi, calami aromatici, garyo-  
phyll. nucis mosch. an. 3. i.

radic. galang. 3. fl.

mentha sicca, summitatum absynthii, maiora  
ne, origani. an. m. i.

& si flatus vrgeant, adde sem. foeniculi, anisi,  
an. 3. fl.

flor. chamom. meliloti, rosar. rubear. an. p. i.  
induntur sacculo, bulliant in aqua, & vini ru-  
bri tertia parte, foueatur ventriculus bis  
in die ante cibum.

Quod si & diarrhoea & vomitus adsit, parabi-  
tur fokus partim ex praedictis, partim ex adstrin-  
gentibus, ut foliis plantag. polygoni, nuce cupres-  
si, mali corio. Hepati vero magis conueniunt  
epithe-